



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Q. 5. Quale peccatum est Sacrilegium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

sed etiam ad res profanas: unde Conc.
Trid. Sess. 4. Verbi Dei violatores appelle-
rat, jubetque puniri eos, qui Verba & sen-
tentias S. Scripturæ ad profana quæque con-
vertunt, & torquent ad scurrilia, fabulo-
sa, vana adulaciones, detractiones, -&c.
Item invasio bonorum sive mobilium sive
immobilium, & jurium Ecclesiæ, suppressio
piorum Legatorum, defraudatio decima-
rum, &c. Nam hæc ad Dei cultum data
sunt.

Q. 5. Quale peccatum est Sacrilegium?

Resp. Est peccatum mortale ex genere
suo, quia per illud Deus in rebus sacris in-
honoratur; irreverentia enim rei Sacrae il-
lata redundat in ipsum Deum, ad quem re-
lationem habet, & ad cuius cultum desti-
nata est. Deinde ratio ipsa dictat, Sancta
sanctè, & reverenter tractanda esse. Est
autem tantò gravius crimen, cæteris pari-
bus, quantò res, quæ violatur, est sanctior,
& sacratior. Potest tamen esse veniale ob-
levitatem materiæ, ut si unus assis in Eccle-
sia surripiatur.

Porro cùm sacrilegium novam speciem
peccati constituat ratione specialis defor-
mitatis oppositæ Religioni, debet semper
exprimi in Confessione. Hinc circum-
stantia personæ sacræ in luxuria, loci sacri
in furto, &c. declaranda est; nam utrum-

S 4 que

que continet duplēcē malitiam specie dī-
versam: unam contra Religionem, alteram
contra castitatem, vel justitiam. Imò quia
omnia sacrilegia non sunt ejusdem speciei
infimæ, nec gravitatis, debet quoque ex-
primi, in qua re fuerint commissa.

*Q. 6. An omne peccatum, in loco sacro
commisum, contrahit speciem Sa-
craligii?*

Resp. I. Certum est contrahere, si sit
specialiter ab Ecclesia prohibitum in loco
sacro, quales sunt actus supradicti; quia
quod prohibetur fieri in loco sacro, pro-
hibetur intuitu, & ex motivo Religionis.
Unde tunc actus veritus opponitur specia-
liter virtuti Religionis.

Resp. II. Omne peccatum, saltem ex-
ternum, in Ecclesia commissum, contrahit
inde malitiam sacrilegii; quia tale pecca-
tum repugnat sanctitati loci, Deo conse-
crati, & propriæ ejus institutioni, quæ est,
ut Deus in eo piè colatur. Nam est per
se, & ex natura rei indecentia, ac irreveren-
tia, ut locus orationi, & cultui divino di-
catus convertatur in locum peccandi, &
offendendi Deum. Enimvero si actus pro-
fanus alibi licitus, ut venditio Columba-
rum ad usum Templi violat Sanctitatem
loci, & ideo Matth. 21. prohibetur à Chri-
sto, qui ejiciebat omnes vendentes, & emen-
tes